Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.L.

existant sic experientia certa probat. Sed non est secundum naturam; eorum est efficax argumentum cum in propriis naturalibus rebus sepe inveniatur quoniam. Nam licet aqua sit nobilior terra plus habens de forma et minus de materia. Quare secundum philosophum ex uno pugillo terre possit fieri decem aque non tamen tantum terre superfertur naturaliter aqua ymo naturaliter invenitur ubique sub terra nulla violencia ibi detenta. Sed naturaliter ibi generata. Unde enim nobis advenit aqua putealis. Unde aqua fontalis unde etiam fluvialis. Homines dum terram fodimus eas subterris invenimus. Ergo non est contra naturam si levior et dignior aqua ex aliqua necessaria causa inveniatur non sub gravissima terra providet enim natura ut dum terra in sinus intimis aqua rigatur terra consuetur ne siccitate nimia in pulverem dissolvatur. Hinc quod cum sit ignis proprium ferri sursum erit natura contrarium si candele attendatur. Candela extincta sed adhuc fumans supposita ignis per fumum visibiliter descendet et candelam extinctam attendat non est talia contra naturam. Quia sic dum ascendit et se in suo ubi intendit conservare sic ibi descendit intendens se multiplicare. Quare si in rogo lignorum ignis in superiori parte ponatur dum se multiplicare intendit non solum ardendo collateralia et superiora incendit. Sed descendendo usque ad infima se demergit. Item videmus ad sensum quod aer ventus inter naturaliter ubique generatus et ibi diutius naturaliter detinetur donec ibi multiplicat propter nimis concavitatis terra agitata terre motum generat et terram dividens foris volat. Est ergo contra naturam celestem virtutem sub terris aerem generare. Item si terra usque in sui profundum defossa fuerit sicut apparet in puteis. Homines mox aer natura levis ad profundum terre descendit et naturaliter ibi quiescit. Item videmus quod nebula sepe generatur in vallibus